



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Do Ordinario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

qui censuræ meæ commissus tanta dulcedine me tenuit, & traxit, ut illum, quod de Lucilij sui libro dixit Seneca epist. 46. *Sine ulla dilatione perlegerim.* Cum enim hac arate nonnulli prodierint Authores, qui severioris, ut ipsi quidem asserunt, doctrinæ studio, sive tutiora, sive probabiliora ubique sectari præcipiunt, multa verborum contentione pusillorum mentes ita perculerunt, ut optimus quisque dexterimum aliquem, & Sapientissimum Scriptorem omnibus votis expeteret, qui certæ probabilitatis patrocinium suscipiens, bella pro animi conscientiaque pace admistraret. Qualis nec animo fingi poterat, juxta, immò supra omnium vota ecce adest, qui litteris bella consignet certè *mitissima*, ea enim modestia, comitate, & charitate bellum gerit, ut *mitissimus* vel in ipso certamine videatur. Quidni tamen verus Societatis Jesu alumnus, magna scilicet totius urbanitatis, & Sanctimonie Parentis non degener filius matrisset? Hinc *nihil illo est gratus, sanctius, doctius*, ut verbis utar Plinij lib. 1. epist. 23. dum enim dictoria non curat, totusque ad rem intentus modestissime dissimulat, quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenet! *quantum sermonibus ejus* in referendis aliorum dictis *fides!* *quantum hinc inde conquisita autoritas!* *Quam pressa & decora cunctatio!* Cunctatur enim aliquando, & quantum satis est rebus pro dignitate tractandis immoratur: nam, ut optime Petrus Cluniac. Abbas epist. 34. *Possunt quidem quandoque multa breviter dici, sed ubi brevis sententiarum pondera non extenuat, non ubi intellectus multa necessario intelligenda defraudat.* Ea legè sapientissimus hic Author ubique regitur, paratè capitæ sermonis, ad quamcumque partem convertit ingenium, totum explicans, totum exornans, & per diversa disputationum genera disertus semper, & æqualis incedens, quod aliàs commendat Cassiod. lib. 1. Divin. lect. c. 21. Nec contentus asserta sua validissimis argumentis, ac è proprio plerumque penu depromptis confirmare, aliorumque objectiones retundere, dubitat ipse *diversitate rationum, quas acri, magnoque judicio ab origine, causisque primis, eperit, discernit, expendit*, prout laudatus concludit Plinius. Immo quò maximam suæ conciliet auctoritatem doctrinæ, operam dat, ut juxta Vincentij Lyrensis monitum commonit. c. 4. *collatas inter se Maiorum consulas, interrogetque sententias eorum, qui diversis temporibus & locis Magistri probabiles existerunt.* Quo illud assequitur planè mirum, & inexpectatum, ut quæ ab ipso noviter, & quidem ingeniosissime excogitata videbantur, ex ipsis antiquitatis visceribus penitissime inspectis eruta credi possint. Ego quidem planè convincor, ac, ut Basilij M. verbis concludam, epist. 79. ad Eustach. *Quemadmodum semen, dum crescit, maius quidem è modico redditur, idem tamen est, quod antea, non immutatum genere, sed perfectum ex incremento, ita eandem sententiam quidem, suis licet auctam profectibus, non autem quæ nunc est ei, quæ ab initio erat, adversam esse arbitror.* Nihil ergo prætere, & verè fidei, aut rectis moribus contrarium liber continet, sed dignissimus, meo quidem iudicio, est, qui omnium teratur manibus, cujusque doctrina omnium mentibus altè infigatur. Ulyssipone, è Congregatione Oratorij, die 23. Septembris 1710.

Petrus Alvarez.

Vistas as informaçoes, póde-se imprimir a Terceira parte da Obra Moral de que trata esta petição, & impressa tornará para se conferir, & dar licença que corra, & sem ella não correrá. Lisboa 26 de Setembro de 1710.

Hasse. Monteyro. Ribeyro. Rocha. Fr. Encarnação. Barreto.

Do Ordinário.

Póde-se imprimir a Terceira parte da Crisís Theologica de q̃ trata esta petição, & impressa torne para se conferir, & dar licença que corra, & sem ella não correrá. Lisboa 1 de Agosto de 1711.

** iij

Do

Bispo de Tagaste.